

mum, si defectu animi, vel vere, vel ficte ut prodigi laborent, ideoque rebus suis prorsus superesse non possint; alias tantum volentes.

2) Quod agnati ad curatela minorennum suscipiendam cogi non possint ob spem successionis lubricam; bene tamen ad curatela maiorennum defectu animi laborantium ob spem successionis certam. 1) Intuitu vasallorum curatela tam minorennum quam maiorennum locum habere, satis certum est. Vtius quoque huius distinctionis, quem primo loco allegavi, circa curatela feudalem in viridi est obseruantia. Sed quem secundo loco posui, ille circa curatela feudalem cessat. Possunt enim agnati etiam ad curatela vasalli minorennis cogi, quoniam ipsis successio, ob prohibitam ordinatio iure circa feudum testamenti factionem, satis certa est. 2)

CAPUT VIII.

DE

REBUS IN FEUDUM DANDIS.

DISTINCTIO I.

Inter res mobiles et immobiles.

Res natura immobiles proprie sunt obiectum, in quo feudum constitui potest. 1) Sed omnes immobiles non potest esse feudum.

1) Euolue DD. ad tit. Inst. de curatoribus. MOEL.

2) Sam. STRYCKIVS in exim. iur. feud. cap. VII. qu. 17.
Cas. Henr. HORNIUS in iurisprud. feud. cap. VI. §. 20.
MOEL.

1) H. Feud. 1. §. 1. MOEL.

[p. 226.]

[p. 226.]